

A tanquam deformes . Reformati, ut vocant illi, Euangelii fructus. Vide pleraque in loco de heresi & hereticis, iit. Hæreticorum fructus, Legatur comment. Surii hist. Genebrardi, & aliorum, qui novorum Evangelicorum ingressum & progressum literis consignarunt.

IMPII IM TEMPLA, ARAS, SACELLA,

LOCOS, ASYLA, MONASTERIA, quævis alia loca sacra, Græcis ἱερόν, dicta. Et vel

PROHIBITA, NE ÆDIFICENTUR.

ARTAXERXES, sive Cambyfes, rex Persarum, instinctu suorum qui Iudeis invadebant, & illos templo urbeque restaurata, rebellantibus affirmabant, templi inaurationem à Cyro permittam, missis literis ad Syriæ præfectos impedivit. Ex I. Esdræ 4. Iosephus lib. 11. Antiq. c. 3.

B ATTENTATA.

POLYBIUS ET DIODORUS, qui Bibliothecarum scribunt historias, narrant, Antiochum Epiphanem non solum contra Deum fecisse Judææ, sed avaritiæ sacræ accensum etiam templum Dianæ in Elimalde, quod erat diffusissimum, spoliare conatum: oppressumque à custodiis templi, & vicinis circum genibus, & quibusdam phantasiis atque erroribus verum in amentiam, ac proleptum morbo interisse: & hoc ei accidisse commemorant, quia templum Dianæ violare conatus sit. Hieron. in Danielis cap. 11.

Unus ex Barbaricis regibus in oppugnatione Constantinopolitana divinum se incensurum templum minitatus, ob blasphemiam saxo è funda missio perit. Theod. lib. 5. cap. 36.

Fures quidam monasterium Cassinense noctu ingressi, neque saccos cibis impletos tollere, neque foras iterum exire poterunt. Chronicon Cassinense.

Fures sacellum ligneum, in sepulchro Edmundi regis erectum, spoliaturi, invisibilibus loris irretiti sunt. Vincent. lib. 25. cap. 32.

GUNDERICUS, Croci successor in regno Vandalorum, cum capta Hispali in Ecclesiam quodæ Deum impias manus extenderet, à demone correptus perit, an. Christi 429. Sigebert.

Cum Anglorum regis Ricardus II. classis Emoniam insulam diripisset, ac igni vastasset, templum præsentis numine servatum est. Militem quendam narrant in templum ignem immisisse, terque flammam protæ extinctam, eumque carnem propriam mordicis absumente, menteque captum penas dedisse. H. Boetius lib. 16.

ALMANZOR rex Saracenorum Alhagibensium in Hispania bellicosus, Ecclesiam beati Jacobi in valera: sed fulgure territus, ab eo loco, ubi esse corpus Apostoli credebatur, abstinuit, quod tamen propulerat violare. Campanas minores in signum victoriæ secum tulit, & in Mezquita Cordubensi pro lampadibus collocavit. Inde idem ferè totus exercitus est consumptus: rex Asturum Veremundus ægros in montanis facile trucidavit. Et sic Almanzor coactus pæte, ad propria est reversus. Red. Tolet. lib. 4. rer. Hisp. c. 16.

D Saxones, quum in Hassio tempore Caroli Magni irrumperent, & Buriaburgi templum à divo Bonifacio consecratum exurere niterentur, cœlis subito terrore percussis, terga vertunt, domumque pavidi revertuntur. Avent. lib. 4. Annal.

Quatuor Milites, Henrico II. Imp. Gandavum oppugnante, sacellum D. Levini Holtanense, invito & prohibente sacerdote Adelberto, spoliare conantes, statim oculis privantur. Quo facto attonitus Cæsar, ad aram sancti supplex pro se & suis Deum invocavit, adiculaque amplis donis locupletavit. Iacobus Meier in Chron. Flandria.

Theron rex Hispanie citerioris, cum ad expugnandum Herculis templum, quod apud Gades est, ageretur, in structo exercitu navium, Gaditani ex adverso venerunt, proveci navibus longis, commissoque prælio, adhuc æquo Marte consistente pugna, subito in fugam versæ regis sunt naves: simulque improvviso igne correpta, conflagaverunt. Paucissimi, qui supervenerant, hostium capti, indicaverunt apparuisse sibi leones prioris Gaditanae classis superstantes: ac subito suas naves immisissis radiis, quales in Solis capite pinguntur, exu-

stas. Macrobinus lib. 1. Saturn. c. 20. ubi Herculeam & Solem eundem deum esse probate nititur.

CAMBYSES Persarum rex, cum ad Thebas Ægyptias usque pervenisset, quinquaginta millia ad Ammonios diripiendos misit, & ut oraculum Jovis Ammonis incendere præcepit. Cum igitur septem dierum itinere per arenas processissent, & inter Oasim urbem & Ammonios pranderent, validus Ausfer ingessit arenæ cumulis torum oppressit exercitum. Ipse cum reliquo exercitu contra Æthiopes Macrobios profectus, cum vix quintam itineris partem confecisset, commeatu delirius Memphis rediit. Ubi cum propter Apis apparitionem festum diem agerent Ægyptii, ratus id fieri in suam contumeliam, quasi pro rebus malè gestis ei insultarent: sacerdotes & Ægyptios feriantes interfecit, Apim vulneravit, ex quo vulnere postea contabit. Mox fratre Smerdem, & sorores germanas interfecit, dignas scelorum suorum penas luens. Herodot. lib. 2.

Perse, Xerxis ductu, ubi Delphos spoliandi animo templum celeberrimum pervenire, magna rerum mirabilia sunt equum oculis oblat. Nunquam mali demones, quorum haud dubie fuit domicilium illud, majorem hominum captum sibi oblatum videre, quam quum ea tempestate Xerxes & totum orbem, quem ille secum traheret, novæ licet superstitioni addiceret. Duo scopuli ex Parnasi vertice repente concussi, in subjectos hostes devoluti, multos subeuntem obrivere. Fulmina de caelo cum fragore dejecta, & sacra arma sua spontè è penetralibus mota, vociferatioque ex proximo Minervæ providæ templo exaudita subitam Barbaris confutationem iniecit, ut præcipites se inde, quasi furore perciti, per declivia montis egerent, in quos Delphi saxa & tela torquentes, stragem ediderunt insignem. Hiique phantasmatum ambagibus templum in violatum mansit. Trogus quatuor milia hominum Delphos venisse ait, quæ manus tota sit fulminibus fœdæque tempestate consumpta; ac tum demum palam factum, quanto major offensa est decorum quam hominum, tanto præsentiorum pœnam gravioremque sequi oportere. Sab. lib. 2. Enn. 3. ex Diod. lib. 11. & Justin. lib. 1.

EVERSA, DESTRUCTA.

VESPASIANUS Imperator, confecto bello Judaico, & templo Hierosolymitano exusto, Heliopolitani, ab Onia ante cœcxxxiii. annos exstructum, dirui iussit, ne seditionis novæ pernicacibus Judæis occasione daret. Ioseph. lib. 7. cap. 30.

Cum à Juliano Apostata Judæi potestatem accepissent templi Hierosolymitani reedificandi, pro suo erga Christianos odio Damasci duas incendere basilicas, & plures alias ut Gaza & Ascalone & Beryti, & vicinis in locis, & Alexandria: ut refert Ambrosius in epist. ad Theod. que in lib. 5. ep. 29. est.

ANDRONICUS Constantianus, Manuclis Comneni Imp. in expeditione Ægyptiaca dux, partem muri urbis Tamiati dejecit, in quo celebris ædes Dei genitricis extructa erat. Ibi narrabant cives, Virginem matrem cum ipso Iosepho fugam stitisse, cum Herodis metu in Ægyptum fugerent. Proinde Saraceni Romanos irridebant, quod æd non peperissent, in qua Christiani Deo preces offerrent, & vota exolverent, & sua mysteria peragerent. Nicet. l. 5. de reb. Man.

ORISTE Hierosolymitane Ecclesie Episcopus agere, impius Ægypti Sultanus Calyphas, ipius Episcopi avunculus, templum Hierosolymitanum solo æquavit. Tyrinus lib. 1. Sa. H. ere hist. cap. 4.

ALEXIS quidam, qui Manuclis filium se professabatur, regnumque affectabat, cum post largitorem compositionem dormire, à quodam sacerdote suo ipsius gladio jugulatus fuit. Eius caput Sebastocrator contempnitus, & havis crinibus equestris flagello discussis: Non omnino sine causa, inquit, urbes hunc hominem secute sunt. Ac is quidem suorum scelorum has graves penas dedit, tum quod Peris contra Romanos incitavit, & ex his ipsis, quotquot ad eum confluerant, populiarum suorum sanguine contaminavit: tum quod Chionis celebre templum Michaelis archiducei cœlestium copiarum utiliam, Peris in sanctissimum Dei tabernaculum introductis: nec spectare dubitavit perniculis humani generis, Christi & Sanctorum imagines calcibus variis coloris pressas aboleri, & sacros postes securibus & celibus revelli, & sacrosandam mensam profanari, & in terram absumptam. Interempto rege Sigeberto, in Galliis Ruocellens quidam Chilperici præfectus, Turones missus fuit: qui postis castris ultra Ligerim, Gunthranum regem ex templo, quo salus cau-

A in confugerat, tradi sibi petiit. Monachi missa legatione, indicare ei jubent, nulla unquam arate hæc facta esse à Christianis. Ille templi foribus intra Ligerim civitatem vi extractis, omnia illi divina & humana evertit & vastavit. Gregorius Thronensis lib. 5. Hist. cap. 4.

ZORO dux Beneventanus, Cassinense diripuit cenobium, direptum incendit, incensum solo æquavit. Nec diu superstes fuit sacrilegio, sed brevi post morte consumptus est, cui Arrigem Agilulphus iurrogavit. Sab. lib. 5. Enn. 8.

GULIELMUS Conquestor, Anglorum rex, locum quandam, qui novâ foresta dicebatur, ad viginta circiter milliaria, villis & templi evertis, in solitudinem, ac sarrarum lustra redegit. Sed Dei iudicio, filius ejus in eadem sylva à Gualterio quodam milite Franco, qui telum in prætereuntem cervum direxerat (ut Polyd. in sine lib. 10. Angl. hist. indicat. Et Ricardus ex Roberto ejusdem Conquestoris filio, qui Normannis dominabatur, nepos, dum equo celeris illic transit, ramo arboris in collum illi suffocatus est. Malmesburienfis lib. 3. cap. 48. & lib. 3. cap. 29.

Bello quod Philippus & Otto IV. de Imperio inter se gessere, Thuringia mater à Boemis Othoni militibus direpta, sedecim viros ac mulierum monasteria igni ferroque vastata. Abacta præda, nobiles Christi sponsas, sacras virgines, equorum saleris tractas alligarunt, ludibrioque habuerunt. Sacris vestibus sunt abuti, pro camilla albam, pro cingulo stolam, pro oblamye casulam in expeditione geltavere: altaris pallis equo pro velamento dederunt. Craniz. lib. 7. Sax. cap. 16.

Hussite in Boemia post Joannem Hus & Hieronymum de Praga, in Constantiensi consilio à fuga, quum clam, & contra mandatum Imperatoris inierant, retractus, & exustos, ira inflammati, omnia templa, quæ augustissima in Boemia fuerunt, ut facie omnia Europæ regna superarint, funditus evertere. Fuit inter cætera monasterium Aulæ regie, apud ripam Murtæ, quia Mosa fluvius illi jungitur, situm, in quo regum corpora condebantur, singulari excellenti. Nam præter ædem, magni & memorabilis oneris amplum dormitorium, cæteraque monachorum officinas magnificè constructas, habere circumque, qui non parvum conclusit horum, habitum vocaverunt. In hisus lateribus vetus novumque Testamentum ab initio Græcæ usque ad Apocalypsim Joannis literis majusculis in tabulis scriptum continebatur. Notis quod altius irent paulatim crecentibus, ita ut in summo usque ædificium facilius lectio præberetur. Sed hoc decus post Venceslavi mortem, Hussitarum impetus delevit. Aneas Sylvius c. 36. historia Boemia.

Ante cladem Varnensem milites Ungari in sacra Bulgæorum Græcorumque grassabantur, corumque templa veluti prophana, manu, ferroque, & igne violabant. Cyprian. PÆLEGAS rex Lapidum, & Ixionis pater, templum Delphici Apollinis incendit. Hinc ad inferos detrusus, ibidem gravissimè puniri fingitur. Virgil. lib. Æneid. 6.

XERXES rex Persarum templa omnia in Græcia incendit hoc loco: quod impiè facerent, qui Deum, cuius templum mundus univertus esset, parietibus includerent. Cicero in 2. de Legibus, & Herodotus. Templum Dindymæi Apollinis magnificè extructum, & multis ornamentis egregiè instructum evertit. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 2.

Perse Anactorium templum Cereris in Eleusine concremarunt. Mox cum ad Plataas victi essent à Græcis maxima clade, ne unus quidem Persarum vilis est intrasse sanum Cereris, quod ibi erat, neque circa templum occubuisse: quasi dea arce- ret eos, qui sanum suum diripissent. Herod. lib. 9.

PHILIPPUS rex Macedonum, Athenis frustra obsessis, omnem belli iram in umbras mortuorum ac deos effudit: sacras ædes, quæ passim tota Attica cum vestigio vetustatis vixebant, sepulchraque ferro & igni ab imo lubverit, omni materia, quæ in illis nobilior fuit, aut fracta, aut flammis absumpta. Cynofarges templum Herculis, gymnasium, & maximi nominis lacum incendio absumpsit. Atque per hæc ille in urbem, quam intensè oderat, ita debacillatus, in Boeotiam concessit, bello à Rom. inde petitus. Sab. lib. 6. Enn. 5.

HEROSTRATUS templum Epheciæ Dianæ toto orbe nominatissimum, & inter septem orbis miracula nominatum, incendio dedit, ut immortalitatem nominis sibi compararet.

CLEOMENES Spartanorum rex, Argi sacrum lucum incendit, & argios hostes, qui eo confugerant, illic combussit. Ipse postea cum in templo Junonis sacrificare prohiberetur, quia externus esset, sacerdotum virgines cædi curavit. Herod. lib. 6.

SVIDAS commemorat, Anagyraion quandam genium fuisse

fic à loco Attica. Anagyro cognominatum, qui senem vicinum, quod lucum suum incidisset, hunc ad modum ultus fuit. Senis concubine infanum quandam amorem immisit in illius filium: quæ cum adoleveris animum pellicere non posset, eum ultro apud patrem devit, quod seise de stupro non desisteret implere. Pater peritusus à muliere, filium è recto præcipitem dedit ac interemit. Deinde facti penitens, semetipsum laqueo præcavit. Postremò mulier seise in puteum abiecit. Hujus fabulæ citat auctorem Hieronymum in opere de Tragediarum scriptoribus. Hian proverb. Anagyrum commoves. Vide Erasmus.

Cum Cereris nemus Ericthibon quidam Thefilus excidisset, illi Ceres perpetuam famem immisit, fecitque, ne unquam posset cibo saturari. Hic filium habebat Messram nomine, veneficiorum peritissimum, quum in variis animalium formas mutata frequenter vendebat: quæ paulò post effugiens, rursum ad patrem priore forma recepta redibat, itaque pro suis viribus paternæ fami opem ferebat. Nat. Comes Myth. lib. 5. cap. 14. Postremò ad tantam redactus est famem, ut sua ipse membra corroserit. Ovidius lib. 8. Metamorph.

L. SYLLA Athenas cum Mithridate facientes obsidens, multis certaminibus: grandibus impensis conficere maturavit bellum. Nam præter reliquum apparatus, machinarum molitio decem millibus jugorum mularum, quæ occupata quotidie erant eo in munere, curabatur. Deficiente materia (nam complures machinas & suo labefactas pondere convellit contigit, & ab hostibus immisso assidue igni conflagrare) lucis iniecit manum, atque nemorosissimam inter suburbia Academicam Lyceumque denudavit. Plut. in Sylla.

ÆSCULAPIUS consecratum templo suo lucum apud Coos, à Turulio præfecto Antonii, ad naves ei faciendas, magna ex parte succium dolens: inter ipsum nefarium ministerium, devictis partibus Antonii, imperio Cæsaris morti destinatum Turulium, manifestis numinis sui viribus, in eum locum quem violaverat, traxit: effecitque, ut ibi postissimam à militibus Cæsarianis occisus, eodem exitio, & everis jam arboribus, pœnas lucret: & adhuc superantibus, impunitatem consimilis injuriæ pateret: suamque venerationem, quam apud coelentes maximam semper habebat, Deus multiplicavit. Val. Max. lib. 1. c. 2. & Laërtius. lib. 2. de Origine erroris, cap. 8.

\* Vetera hæc sunt, non deunt recentia & nova ab hæreticis, nostræ, & paulo ante evolutæ aratis, patrata impietatis in hoc genere exempla. Sub titulo enim Iconomachorum, & Templi, multa ad locum præsentem illustrandum à nobis adduntur; eorumque tanta est copia, ut laborandum sit in eligendo.

HENRICUS VIII. Angliæ Rex, quamvis nec Lutheri, nec Calvinii hæresibus aut scitis ex toto forsasse adhererit; nihilominus tamen easdem penè, quibus & illi, ob causas, ab Ecclesia Catholica successione quadam se abstraxit: ut libere scilicet atque effrenatè libidinis suis indomitis frui posset, quibus veluti furis quibusdam in præceptis actus, monasteriorum, templorum, & locorum sacrationum decem milia evolutò vix ante demolitus est; & innumerales religiosos, ac Deo devotos utriusque sexus homines, nulla voti & sanctioris promissio habita cura, rejecto habitu, ab ordine & religionis instincto abstraxit, & mundi voluptatibus illecebris irretit: Ut non immeritò cecinerit non nemo:

Millia dena unus templorum sustulit annus.

Quas timeo, in panas vix satis unus eris.

Eadem spiritus & animi effrenis impotentia furiosus Calvinii, aliorumque fatina ejusdem discipulos, post abtulit, & ad similia facinora incitavit, violatis ac dirceptis templis & religiosis locis, effractis Divorum statuis, & imaginibus, &c. non in Germania & Anglia modò, sed & in Gallia, Scotia, Hibernia, Belgica, locisque aliis, factò posteriori futuro tam lamentabili, quam viventibus miserabili & calamitoso. De qua re Joannes Boetius, Hierocorum Princeps, ita cecinit:

Regis everfas vates à gentibus aras  
Flevit Idææas: sed quis penetrata Divum  
Sacrilæq; vastat manu, templique ruinas,  
Congerietque sacram, nostri non desolat ævi?  
Quis sanctos adytis ipsos efferre nepotes  
Christiadam, Christi non indignetur honores?  
Theatrum Crndelis atum hæretici, nostri temporis.





A reur lex, qua templi religio nulli prodesse nocenti. Lata lege factum est, ut Eutropius, cum offenderet Caesarem, confugeret sub altare: unde protractus, capite flexus est, suo ipsius consilio perditus. *Socrates in Tripartita.*

Cum natalem Domini Henricus IV. Caesar, puer adhuc, Goslarie celebraret: ad vespertinos ritus, cum sella prelati in templo collocandae essent, acris & vehemens contentio inter camerarios Hezlonis Episcopi Hildesheimensis, & Videradi Abbatis Fuldensis exorta est, quod utrique suas sellas proximè post Archiepiscopum Moguntinum collocare nitentur: ita ut templum Goslaricè praelo creuento inter Episcopum Hildesheimensem, & Abbatem Fuldensè solidatum fuerit. *Schafnaburgensis.*

PERPETUUS Patricius, qui interfecto Justiniano Imperium invasit, Tiberium Justiniani Rinotteri ex Theodora filium, à venerandis lignis crucis, & sacra mensa avulsit, instar peccatis, facibus praecisis necavit. *Cadremis.*

ULPUS Sucus, qui Efritham Canuti Danorum & Anglorum regis foretrem in uxorem astra duxit, Canuto reconciliatus, cum in convivio ebrius carmina quadam de clade, quam Danis Jarmidè intulerat, Amundi Sveonum regis auspiciis cantasset, à Canuto comprehendi, & interficij iustus, ad templum divi Lucii, quod Rochildia in praecipua veneratione habebatur, confugit, in quo, sine respectu factis locis debito, trucidatur. Ob quod facinus toti civitati à divinis officiis, & Sacramentis est interdictum, donec ipse rex, soluta ingenti pecunia summa, in gratiam offensae Ecclesiae, cujus libertatem temerè violaverat, reciperetur. *Tommas Magnus lib. 18. c. 7.*

COLOMANNUS Hungariae rex, fratrem Almuu excaecatum regnandi libidine in cenobium detrulerat. Moriens, ne Stephanum filium suum regno privaret, ejus trucidandi negotium Benedicto Both. F. commisit. Almu ad aram confugiens, ab ea tanta vi avulsus est, ut digitorum extrema cutis abtraderetur. Sacerdotum ergo manibus impius Benedictus vix elapsus, inter fugiendum quoa statim excussus, & illico mox capite interceptus est. Auxit capitale supplicium canina disceptio: quom ab insequentibus repetitè canibus, veluti à diris ultricibus, ita frustratim dilaniatus fuerit, ut ne minima quidem particula superfuisset. Quo portento, quod extemplo venit in lucem, Hungarorum animi in commiserationem Almi ac Bele filii adeo suscitati sunt, ut ni Stephanus potentia obstitisset, caecum etiam optassent. *Bonifinius lib. 5. Dec. 2.*

Non erubuit Pyrrhus, Achilles filius, Priamum senio confectum ad aram Jovis Heraei interficere. *Virgil. lib. 1. En.*

*boc dicens, altaria ad ipsa trememem. Traxit, & in multo lapsa treme sanguine nati, Implicuitque comam leua, dextraque cornu scum Exulit, & lateri capulo tenus abdidit ense.*

Cum Nicodromus Cnothi appellatus, quia proditorem moliebatur, & Aeginam Atheniensibus tradere volebat, ex insula pulsus esset, Aeginetarum proceres, eos, quos ceperant, ad necem exegerunt. Unde piaculum admiserit, quod nullo studio expiare poterunt, & prius ex insula sunt ejeti, quam Deum sibi propitiarent. Nam cum septingentos è plebe, quos vivos ceperant, ad necem educerent, unus eorum è vinculis elapsus, fugit ad Cerebris legifere vestibulum, cujusque cardinibus prehenfis adhaerebat. Quem illi cum avellere non possent, abicifis viri manibus ita deduxerunt, quae manus cardinibus conserte manserunt. Haec cum fecissent Aeginetae, classe LXX. navium cum Atheniensibus, qui superfuere, congressi, victi sunt. *Herod. lib. 6.*

CYTON quidam Atheniensis, Olympionices, Theagenis Megarensium tyranni gener, afflictauit tyrannidem Athenis. Simulato namque aequalium sodalicio, Olympiorum die arcem occupare conatus fuit. Id cum efficeri non potuisset, affedit simulacro Dei supplex ipse ac socii. Hos, cum Cylon incitis omnibus profugisset, illine summoverunt magistratus Nautatorum, data fide puniendi eos citra mortem. Duce destituti, omniumque rerum inopia confecti, in templum profugerit: ubi alii fame exspirarunt, alii partim abstracti ab aris, alii citra aras ipsas praenimia ira è ostio trucidati sunt. Quo accidit, ut percussores impij habitui sint, nec ipsi solum, sed eorum quoque progenies. Culpa interfectionum fuit penes Alcaemonidas, qui propterea *evaycis* dicti sunt, id est, piaculo obstricti. *Herod. lib. 5. Heralclides, Cylonis interfecto-*

rem Magaclem fuisse, testatur in *Politiis. Svidas in Pericle, & Pausan. in Achaicis, Aristoph. in Equitibus* Aliteros appellat eos, qui Cyloniani sceleros reos supplices necarunt, & violarunt templum Palladis. *In 39. d'urrtion oropou yevorivae 39. the d'is:* id est, Ajo te esse de numero Aliterorum, qui deae arce invalerunt. *Erasmus in Adag.* Id impietatis scelus Lacedaemonii, occasione quarentes belli Peloponnesiaci, expiari jubebant; quod nisi sublata illorum progenie, quorum olim id factum erat, apparet fieri non posse. Caeterum quia Pericles Atheniensis materno genere tali erat sceleris affinis, eum piaculi praetextu Athenis ejectionem iri Lacedaemonii voluissent, ut clarissimo duce excluso, tutius in Atheniensibus bellum gestori essent. Id postulat Atheniensis perbellè eluserunt, Lacedaemonios admonentes, ut & ipsi piaculum ex Tamaro tollerent, ubi Lacedaemonii fugitivos supplices ex Neptuni templo abstractos foede trucidarant: quapropter opinari sunt ingentem illum mortem terrae, cum magno sui orbis excidio, factum. Tollerent & alterum Chalcioecae Palladis, ex cuius aede Pausanias rex iam fame confectus, esset ad supplicium extrahere. *Sabell. lib. 6. Em. 3.*

Thesthalice mulieres ex amulatione, Laidem meretricem ligneis teludinis feriando, in Venere aede occiderunt, celebri conventum. Post autem nefariae Venere aedem fecerunt cum mulieres in aede caedem nefariam facere ausae essent. *Svidas in vate popum.*

Cum Achaei supplices à templo Neptuni, quod erat in urbe Helice, per vim abstractos trucidasset, ingens terrae crepitans motus, non ipsa tantum moenia, & aedificium superficem subvertit, sed ubis etiam totius aereant ita obstruit, ut ne vestigia quidem ulla posteris agnoscenda relinqueretur. Accessit & alterum ludicrousmodi cladem memorant. Maris eluvione hyeme anni Helicen totam circumque incinctam, ipsumque Neptuni lucum ita inundatione ca obrutum, ut vim summam exarent aborom cacumina. Quo factum, ut repente cum terrae motione violentissima, tum verò effusus maris aestu flagante, urbs tota cum omnium civium numero pessumierit, Olymp. cl. anno IV. *Pausan. in Achaicis.*

Lacedaemonii cum in Ilotas sevirerunt, qui supplices in templum Neptuni Asphali, id est, uti, iniqui Svidas, quod ad Tamarum est, evaserunt, Sparta tam vehementibus, tanque crebris terrae impulsibus concussa esset, ut nulla propè domus ruinae experta fuerit. Pausanias in Achaicis. Ex universa urbe quatuor solum aedificia relicta, scribit *Eliau. lib. 6. de Var. hist.*

PAUSANIAS Spartanorum rex, ob proditorem attentatam, in Palladis Calceici asylum confugit. Solus tamen omnium qui eo confugissent, imponentem mereri non potuit. Mater latere in ostio deposito, aditum muro pracludendum, & proditorum fame necandum docuit, ne vel scelus impunitum esset, vel templum deae violaretur. Cum semianimis de templo elatus esset, confestim animam efflavit. Cujus mortui corpus, cum eodem nomnuli dicerent inferri oportere, quò hii qui ad supplicium essent dati: displicuit pluribus, & procul ab eo loco infodere, quod cum nullo pacto a se ita uti jussum erat, fieri posse cernebant. Spartiatae per multum tempus ambigua sententia, quod potissimum factu opus esset, solliciti ferebantur. Consilio demum ad eam rem, qua licuit, inito, status das Pausanias aeras extruxere, quas in templo Palladis pro supplice confecerunt. *Pausan. in Atticis, & Diodorus lib. 1. & Probos in Pausania.*

Fuerant solum Metapontini, Sybaritae & Crotonitiae, communum nomine, alios tunc genus populus Italiae finibus pelle adorti, Syricque urbem ex hostibus vi captam quon forte didirerunt. L. juvenes Minervae simulacrum aequum, scelerotemque ipsius deae, suis ornamentis veltatum, inter sacras aras impiè peremerunt. Pellentia inde Crotonitiae & Metapontini aliquamdiu laborarunt, donec Delphico oraculo iusti sunt interfectionum manes muneribus placare. *Sabell. lib. 9. Em. ad. 3.*

Cum Sybari citharedes caneret in certamine, quod in honorem Junonis erat institutum, inter Sybaritas propter eum eff. orta contentio: cumque mutuo ad arma venissent, citharedes cum ipsa stola ad atam Junonis confugit. *Ine*

Al ne in isto loco quidem manus à citharedo abstinerunt. Paulo vero post videbatur in Jononis templo facturum sanguis, non secus quam ex petreni fonte. Sybaritae autem cum oraculum Delphicum consultum misissent, tale responsum accepit: *Uat:*

*Cede meis mensis, manibus nam sanguis adharentes Desillansque recens, prohibet tibi limina templi. Non tibi fata canam: magis Iononis ad aram Musarum innocuum sraovisti cede ministrum. Non immortales hoc diti patientur multum. Si quis enim prudens scelerata è mente profectum Committat facinus, gravis bene prope poena sequetur. Non exorabit, neque si gens à Iove summo Duceret: ipse suo collo, collisique nepotum. Hoc laet, & generi cumulatiim damna sceratur.*

Neque ultio tadata est. Cum enim adversum Crotonitias bellum gererent, subacti sunt ab illis, & civitas eorum everta est. *Eliau. lib. 3. Var. hist.*

Scibit *Heralclides Ponticus in lib. de Infirmitate:* Cum Teles tyrannidem sustulisset Sybaritae, eos qui reram fuerant participes, ante aras obruncrarunt, inter quos caedes Janonis itata conversa est, solumque sanguinis fontem emisit, ita ut omnem propinquum locum senectris ardoris obturaverint, cum timore cuperent sanguinis fluxionem. Idcirco omnes aufugerunt, motuque sunt, qui Olympiorum certamina de medio tollere conabantur; nam quo tempore agi consueverant, athletas ad sese tentabant muneribus advocare. *Atneu. lib. 12. c. 6.*

L. SYLLA proscriptio non Romae modò, sed & per omnes Italiae urbes, nullius templum Dei à caede erat inviolatum, non penates hospitales, non domus paterna: sed in sinu conjugum viri, in sinu matrum jugulabantur filii. *Plut. in Sylla.* Victim Atheniensibus, qui Mithridatis partes fovebant, Aristionem Mithridatis legatum, ex Minervae templo extractum, interfecit. Hanc ob causam phthirasi consumptus putatur. *Pausan. in Atticis.*

Auctor Dion est, Delphicum oraculum à Nerone solum ad hitum, unde sacer sele promebat spiritus, jugulatis hominibus, quin & regione Cirrhaea militibus contributa. *Calius lib. 6. c. 16. Antiq. lib.*

C Anno 1562. Hugonotte in Gallia, loco dicto Pat, septem milliaribus ab Atprela, XXV. catholici tyrannidem persecutorum fugientes, se in templum ceu ad asylum receperunt. Caeterum ab impijs immixtis facies, omnes voracibus flammis absumpti fuerunt.

\* Cum Guillelmus Auliacus Princeps, Belgicae Rebellionis Archieptus, Ruremundam Geldria urbem occupasset, milites ejus in templum Christianorum intrantes, Priorem cum alijs quatuor orationi inrentum, multis vulneribus confixerunt. Ita Calvinianae improbitatis

*nec sanguineam compeccere dextram Misesas veneranda loci, nec conscia cedit Religio potuit, cum Divino altaria ferro Subruit, & sacras incelsat sanguine vietas. Ex Theatro crudelitatum heret. nostri temporis.*

STUPRO.

PHINEES & OPINI filii Eli pontificis Israelitarum, cum mulieribus advenis, quae pro oraculi tabernaculo Silonte excubabant religionis causa, stupra partim pretio, partim per vim inferrent: Domino praedice, à Palaestinis cum magna clade Israelitarum caedi, arca capta, Eli ipse de sella audito nuncio corruit, Phineis uxor ex partu obit. *1. Reg. 2. vs. ad 5.*

Medusa, ut ait *Pausan. in Corinth.* filia Phorci è marino monstro, à Neptuno in templo Minervae viriata est. Irata dea comam primam, propter cuius pulchritudinem Neptuno placuerat, in serpentes convertit: deinde dedit illi hanc vim, ut quicumque illam aspiceret, ferent lapides. Eam postea interfecit Perseus. *N. Comes lib. 7. Mythol. c. 11.*

ATALANTA Schenei filia, corporis viribus & celeritate pedum viros superans, prior fugita aprum Calydonium percussit, ut ait *Eliau.* Victa ab Hippomene curis, malis tribus Heperidium colligendis retardata, in templo Magnae matris nulla habita deo reverentia, cum Hippomene victore concubuit. Hippomenes in leonem, ipsa in leonem conversa est. *N. Comes lib. 2. cap. 8. ex lib. 10. Metam. Ovidii.*

Capta Troja, quoniam Ajax Oliae, Locrus, Calfan. *L. B. Theatr. vite Human. Tom. IV.*

dram Priami filiam satidicam in Minervae sano compresserat, in mari Aegeo fulminatus cum suis perit. *Diäys lib. 5. & 6.*

Tarentini unam Japygum civitatem Carbinam exciderunt, ex qua pueros, virgines mulierisque vigentes congregantes, in sacra Carbinarum septa ponentes, nuda omnibus corpora per diem conspicienda praebuerit: atque quicumque volebat, velut in infelicem gregem infliret, pro desiderijs potebatur omnium forma congregatorum, omnibus spectantibus deis, ac iis praecipue, quos illi minime rebantur. Ita verò rem eam nomen gravius tulit, ut omnes eos Tarentinos, qui erant in Carbina, illegitimaeque perpetrarant, fulmine percussisset: atque ad haec usque tempora consuetudo permansit in Tarento, ut quotquot exceperint eorum, qui Japygiam mitebantur, tot columnas singulae familiae ante fores constituerint, in quibus neque mortuos lugent, quo tempore perierunt, neque legitimas exequias perfolvunt, sed Jovi Catebatae sacrificant. *Athen. lib. 12. c. 17.*

ATTACTES Persa, Selt praefectus in Helleponto, cum in Eleante templum Protefilii supris profanasset, à Xanthippo Ariphronis F. Atheniensium duce vivus captus, siptiquae affixus est. *Herod. lib. 7.*

Tenentibus Aroem, Antheam & Messatim Jonibus, in domo quadam sacra fuit arca, & aedes Diane, cognomento Triclarie. Huic quatuor annis festos dies agitabant, & scilicet nium facebant Jones. Sacerdotum penes virginem erat, usque dum illa nuberet. Accidisse autem ajunt, ut cum hoc fungeretur sacerdotio virgo eximia admodum forma, Cometho nomine, ejus amore Melanippus caperetur, adolescens cum caeteris laudibus, tum verò corporis forma aequalium suorum longè praestantissimus. Hic cum amore sibi mano puellam devinxisset, uxorem eam à pare sibi poposcit. At nihil vel à suis, vel à puellae parentibus impetrare potuit. Clam ergo in ipsa Dianae aede juvenes congressi, cupiditatem suam expleverunt, ac sepibus deinde templo aequè ac thalamo gemali abuti sunt. Atque illi quidem brevi morbo consumpti impietatis poenas Dianae dederit. Conlequa verò est ex lexi numinis ira, summa terrae sterilitas, & miseranda hominum lues. Indicavit tandem Delphici oraculi vox, Melanippi & Comethus libidinem tantae calamitatis causam fuisse: & simul Dianam placari posse docuit, si quatuor annis virgo & puer, qui forma essent praestantissima, deae maclarentur. Cum interim itaque fieri institutum fuisset, ex eo fluvius, qui Triclarie Dianae templum praeterlabitur, Amelichus, quod est, ac si limitem dixeris, est appellatus: Nam ante sine illo fuit nomine. Sacri tam immanis eum memorant sinem fuisset: Quod cum ex Delphici Apollinis oraculo cognovissent, à peregrino aliquando rege peregrinum item Deum importatum iri; ac tum demum destituros humana hostia facere: illo capto, in divisione praede Eurypiilo Evamoniis filio arca oborto, in qua inclusum fuerat Liberi patris signum, quod à Vulcano fabricatum putabant: dono verò à Jove Dardano datum. De ea arca duplex sermo proditur: alii enim ab Aenea in fugam jam se conjicentem relictam, alii à Cassandra dedita opera abjectam dixerit, cum scirent illam magno Graecorum alicui, qui eam forte sustulisset, malo futuram. Arca Eurypiilus aperta, statim in simulacrum confexit, mentis impos est factus, ut raro admodum ratione uteretur. Itaque non in Thefsalam suae cursum navigationis direxit, sed cum Cirrhiam per Cirrhaeum signum applicuisset, oraculum, quanam ratione fortis illo morbo liberari posset, consuluit. Responsum ei reddidit, ut quo in loco homines offenderet externo ritu sacrum facientes, ibi arcam expositam dedicaret, & ipse sedem ibidem suam statueret. Delatus inde venit Aroem Eurypiilus, cum in litore descenderet, forte in illud incidit tempus, quo ad Triclariae aram puer & virgo propè erant, ut maclarentur. Atque illi quidem haud magno negotio sacrum illud animadverit cum oraculi voce congruere.

Rediit & incolis in memoriam, cum regem, quem ante nunquam viderant, & arcam simul conspexissent, quod jam pridem & ipsis praedictum fuerat. Ac, quod res erat, illa arca Dei cusipiam signum contineri suspicari sicut. Hic rei fortuitus eventus Eurypiilum infamia, sacri infamia oppidanos liberavit, & fluvius mutato nomine, Meilichus, quod mitem significat, caepus est appellati. *Pausan. in Achaicis.*

Tyrannus sacerdos Alexandrinus, ob profanatum stupro templum punitur. *Eusebius lib. 11. c. 25.*

Scribunt historiographi, tota arce Atheniensis arceri canes solere, quod praecipue hoc animal inerat in aperto. At Demetrius *Bb 2. At Deme-*

A trius Poliorcetes in ipsius penetralibus Minervæ cum cortis confuevit, & urbanas matronas stupravit complures. Plut. in ejus vita.

CIBIS VETITIS.

CLEON, Jovis Abretaniæ sacerdos, latro insignis, in monte Olympe, cum ab Antonio ad Caesarem defecisset, pro latrone principis habitum gessit: postea Comanorum sacerdotium in Ponto accepit. Ad quod cum venisset, intra mensem obiit, ex nimia crapula morbo correptus. In eo fano prohibitus erat fuisse: sed Cleon latronum more consuetudinem prævaricatus est, atque idcirco creditus ita decessisse. Strabo lib. 12.

ANIMALIBUS IMPURIS.

GENERICUS princeps Vandalarum, quum Carthaginem cepisset, omnem opes interfecit civibus in jus suum verteret, animam ad Ecclesiarum spoliationem adiecit: quas sacris vasibus exinantis, & sacerdotum administratione privatas, equorum suorum fecit stabula. Ravifius ex Vito.

THRASIMUNDUS Vandalarum rex, Christianorum templa jumentis profanavit, & à Mauris magna strage victus occubuit. Procop. lib. 3. de bello Vand. Evagrius lib. 4. c. 16.

FACIA est deductio Hierosolymorum Saladino Aegypto, secunda Octobris die, anno XXIX. postquam Christianorum fuerat. Migraturi Christiani, cum supellectilibus, quam singuli humeris ferrent, Heraclium patriarcham & Clerum, facti agmine, sunt secuti: & pars Antiochiam, pars Tyrum aut Alexandriam petiit. Saladinus Hierosolytam ingressus, campanarum primùm turbis eiecit, in sanctis basilicis stabulari: sed templum Salomonis conservavit: quod priusquam ingrederetur, aqua rosacea abluat. Manserunt Hierosolymis Christiani Asia oriundi non parva multitudo, Soriani, Armenii, Jacobitæ, Georgiani & Græci. Blond. lib. 6. Dec. 2.

